



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XX. De Desertione vid. divortium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

animo non amittatur, *arg. l. 58 ff. de A. R. D.* Exemplum est in rebus navis levandæ causâ c-
jectis.

II.

Quodcumque onus reale est, illud derelictione rei poterit evitari, quia talia onera ratione rei præstantur, nec adeo à me peti possunt, si res mea esse desierit. Exemplum est in Collectis seu Contributionibus, item in servitute oneris ferendi. *l. 12. & 32. ff. si servit. vindic.*

Descendentes quomodo succedant, *vid. Successio ab intestato.*

CAP. XX.

De Desertione *vid. divortium.*

Axioma I.

Ubi nulla malitia, ibi nullus desertionis processus.

Ratio: quia ut in omnibus delictis, ita etiam hic potissimum voluntas delinquentis inspicienda erit, & juxta hanc quoque poena dictanda *l. 53. ff. de Furt.*

Exempl. ita ergo si quis poenæ loco ob delictum aliquod cogeretur abesse, v.g. relegatus, non posset contra eum hic processus institui. *conf. Köppen in usu pract. 7. obs. 44.*

Limit. ut procedat de malitia, quæ vel ex odio conjugis, vel injusta impatientia freni conjugalis fuit orta. *Carpz. Jurispr. Eccles. Lib. 3. def. 58. n. 11.*

II.

Quoties desertionis culpa non est in deserente, sed deserto, toties huic matrimonium interdictitur, quia nemo ex suo delicto debet sentire commodum.

Limit. nisi desertus in coelibatu citra periculum fornicationis vivere non possit, de quo *Carpz. Jurispr. Eccles. P. 2. def. 191.*

III.

Miles, qui ducem vel præpositum suum deserit & non protegit, capite plectitur. *l. 3. §. fin. de remilit.* Vassallus feudum amittit. Limit. nisi tanta vis sit, cui resisti non possit, tunc enim potest salutem suam consulere. *Perez. C. de remilit. n. 34. seq.* Miles, qui excubias palatii deserit, capite plectitur. *l. 10. pr. ff. de remilit.* qui stationis munus, militia deicitur. *l. 3. §. 5. ibique Perez. n. 38.* de poenis militum desertorum. *vid. t. 1. C. de desert.*

CAP. XXI.

De Destinatione.

Axioma I.

Destinatio excusat à poena falsi & mendacio. Domin. Geminian. in cap. ponderet 14. distinct. 50. & in cap. cum illis §. 1. de præbend. in 6. Zaf. ad l. 41. §. sed si paravit. num. 15.

II.

Destinatione fundorum & domus nomina non naturâ confixuntur. *l. quod in rerum. 24.*

§. si quis 3. ff. de legat. 1. l. quæritur 12. §. si quis eodem, & §. Papinianus 37. de fund. instr. l. ex facto 35. §. rerum. 3. ff. de hered. inst. Gail. 2. obs. 62. num. 4. ubi ex allegatis textibus pertinentias destinatione & voluntate patrisfam. constitui probat. Innocent. in cap. cum ad sedem. n. 2. & 3. de restit. spoliat.

III.

DESTINATIO habetur pro re perfecta, vel pro facto. *l. 19. §. 5. vers. et si non sunt. l. vestimentorum 22. ff. de aur. & argent. legat. l. ligni 55. §. 1. ff. de legat. 3. Menoch. de arbitr. casu 290. n. 19. Francisc. Becc. consil. 60. n. 32. Surdus consil. 195. n. 102. & consil. 293. n. 4. & decis. 141. n. 12. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 126. n. 23. & 24. ubi limitat, & cap. 937. cap. 24. & seq. Joan. Marian. Novar. in praxi elect. & variat. fori quæst. 47. sect. 1 n. 10. pag. 109. Jean. Bapt. Costa de facti scientia, & ignorantia, in sp. 25. n. 4. latè Castill. controvers. lib. 5. part. 2. cap. 62. n. 56. [Destinata enim ad aliquem eo loco interpretatione juris sunt, atque sic suum adeptæ finem essent. *l. 15. §. fin. ubi Fulg. ff. de re judic.* cum quod de proximo futurum est, id utique pro jam facto habetur. Bartolus & Baldus in l. penult. de milit. testam. maxime cum cingendus habeatur pro cincto. *Exempla v. ap. G. Anton. disp. feudal. 6. tb. 7. lit. B.**

Declarationis loco hanc regulam intellige, si intentio perficiat actum, *Gail. 2. obs. 11. n. 5.* Regulariter enim, ubi facto hominis opus est, sola destinatio non sufficit, cum multa animo patrisfamilias concipiuntur, quæ tamen non perficiuntur, ut adeo illa destinatio facile immutari possit. Hinc est, quod destinatio ad ædificium non habeatur pro affixis adificio. *l. cetera 41. §. sed si 14. ff. de legat. 1. Zaf. ad l. 41. §. sed si paravit. ff. de legat. 1.* Vel limita tantum in causis favorabilibus, non verò in strictis, Wesenb. in paratit. ff. de sponsalib. n. 6. Destinatio enim sola & nuda rei naturam non mutat. *l. 3. C. de furt. Boër. decis. 209. Jaf. in l. cetera 41. §. sed si paravit. ff. de legat. 1. Moller. 3. semestr. cap. 24. n. 3. nec pro actu perfecto habetur, nisi forma & finis sit in destinatione. Hinc destinatio patris à fine & usu cuiusque rei arguitur. *l. urbana 166. l. carbonum 167. l. 203. de verb. sign. l. 99. in princ. & §. 1. de legat. 3. Goëdd. inter Conf. Marpurg. conf. 33. vol. 3. n. 122.* quod tamen secus, si se destinatio habeat veluti causa impellens, vel per accidens. *l. carbonum 167. de verb. signific. Felin. ad cap. cum adeo. exir. de rescript. Jaf. in l. divortio. §. interdum. solut. matr. nec sufficit eam obiter fieri, sed expresse**